

pollutum inuentur aut sordidum quod nos in die iudicii ex conscientiae
cogitationibus arguat. sed inueniatur in nobis puritas cordis in xp̄o ih̄u
dño n̄ro cui gloria & imperium in saecula saeculorum amen.

EXPLICIT OVELIA VICESIMA PRIMA

INCIPIT VICESIMA SECUNDA DE TRIBU EFFREM ET CHANANEIS
Chananeus tertio dicendi sunt esse in filius effrem. & quid secundo & tertio.
Sic enim diligentius obseruemus quomodo tertio dicantur esse chananeus
cum filius effrem & dño prestante poterimus inuestigare ordinem dic-
tionum. quid ex hoc in primo. quid in secundo quid in tertio factum re-
fertur, puto quod non erimus increduli quia uere haec non ut solano bis
rerum gestarum narratio traderetur scripta sunt. sed sacramentis
diuinis dōque dignis repleta. primo ergo dictum ē. quia non perdidit
effrem chananeum qui habitabat in gazer. sed habitabat chananeus in
effrem usque in hodiernum diem. & factus erat sub tributo seruus.
Ascendit quoque pharao rex aegypti. & accipit ciuitatem & incendit
eam igni. & fere eos qui habitabant in gazer trucidauit & dedit eam
in dotem filiae suae, secundo. & factum ē inquit qm̄ inualuerunt filii
israhel & fecerunt chananeos subiectos. exterminatione autem non ex-
terminauerunt eos. tertio. quando contra dixerunt uiri de tribu effre
ih̄u uolentes secundum numerositatem suam quia plures erant. & uul-
diorem accipere & iam hereditatis sortem & iubentur ascendere in sal-
tun & sibi ipsis ampliorem locum facere. ut possint latiora spatia occu-
pare. iubentur exterminare chananeum. uideamus ergo quid sibi uide-
atur de chananeis triperita narratio. primo chananeus nobiscum
quidem ē & sub tributo ē. non est tamen oboediens nobis neque seruus.
Secundo & iam seruus efficitur. & oboediens. chananeum hic carmen tam
accipiamus uel ea quae carnis sint. haec primo nobiscum ē. hoc est anime